

foueam proximo suo. incidet in eam ipse. CVIII

Infirmos uisitandos. apud salomonem in ecclesiastico. ne pigriteris uisitare infirmum. ex his enim in dilectione firmaberis. Item in euangelio. Infirmus fui & uisitastis me. in carcere fui & uenistis ad me. CVIIII

Susurrones maledictos esse. In ecclesiastico. susurrio & bilinguis maledictus. multos enim turbabit pacem habentes. CX. Ibat altissimos

Item illic. sacrificia malorum accepta non esse. Dona iniquorum non obpro-

Item illic. grauius iudicari de his qui in saeculo plus habuerint potestatis. Iudicium durissimum in his qui praesunt fiet. exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Item in psalmo primo. & nunc reges intellegite emendamini qui iudicatis terram. CXI

Uiduam & pupillam protegi oportere. esto pupillis misericors. ut pater, & prouiro matri eorum & eris uelut filius altissimi obaudieris. de hoc ipso in exodo. Omnem uiduam & orphanum non uexabitis. si autem uexabitis eos. & uociferantes exclamauerint ad me. audiam exclamationes eorum. & irascar animo. & per emam uos gladio. & erunt coniuges uestrae uiduae. & pueri uestri orphani. Item apud esaiam. Iudicate pupillo & iustificate uiduam. & uenite disputemus dicit dns. Item apud iob. conseruaui egenum de manu potentis. ut pupillo cui non erat adiutor. auxiliatus sum. os uiduae benedixit me. Item in psalmo lxxvii. patris orphanorum & iudicis uiduarum.

Dum in carne est quis ex homo loqesin facere debere. In psalmo sexto apud inferos autem quis confitebitur tibi. Item in psalmo xxviiii. Numquid ex homo logesin faciet tibi pulueris. Item alibi. ex homo logesin faciendum. Ezechiel 18 omallo peccatoris paenitentiam quam mortem. Item apud hieremiam. haec dicit dns numquid qui cadit non surgit. aut qui auertitur non conuertitur. CXIII

Adulationem perniciosam esse. apud esaiam. qui uos felices dicunt in errorem uos mittunt. & semitam pedum uestrorum turbant. CXV

Plus ab eo diligi dm cui in baptismo plura peccata dimittuntur. In euangelio cata lucam. cui pusillum dimittitur. modicum diligit.

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod962/0087